

ritum & inane si secus super his a quocumque ; quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari . Non obstantibus præmissis , ac quibuscumque Apostolicis , necnon & provincialibus , & synodalibus Conciliis , & D'æcesis generalibus & specialibus Constitutionibus , ordinationibus , ac quibuscumque privilegiis , indulgentiis & Literis Apostolicis quorumcumque tenorum existant ; per quæ præsentibus nunc expressa , vel totaliter nunc inserta , effectus eorum quomodolibet impediri vel deferri , & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris literis mentio &c. ad hoc volumus cuique nullatenus suffragari : cæteris contrariis quibuscumque per hoc autem eoque privilegio , quoad alios qui ipsam Clericalem militiam honeste & efficaciter prosequuntur , non intendimus derogare .

Et quia difficile foret præsentibus nostras ad singula quæque loca , & quibus expediret prædeferre , volumus & earum auctoritate decernimus , quod illarum transcriptis manu publici notarii inde rogati subscriptis , & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ , vel Curie Ecclesiasticæ , eadem in judicio & extra & ubilibet fides adhibeatur , ac si essent exhibitæ vel ostensæ . Nulli ergo &c.

Datum Bononiæ anno Incarnat. Dñi 1529 , 3 Id. Februarii , Pontif. anno septimo .

1632) Ricevuta la Bolla furono spedite le Ducali ai Rettori de' luoghi perchè fosse pubblicata e osservata . Nello stesso MS. alla pag. 480 leggesi la seguente formula :

Cum a Summo Pontifice Clemente VII concessa fuerit Bulla XI Februarii 1529 , contra Clericos pri-
ma